

Reverendissimo & Illustrissimo Principi
ac Domino,

D. T H E O D O R O,

D. G. Paderbornensis Ecclesiæ Episcopo,
Sacri Romani Imperij Principi,

DOMINO CLEMENTISSIMO.

UT rara Phœnix avis, & non nisi quinto quoque
saeculo ex rogo suo renascens, India vicinatem,
& cedrina nemora in Libano permeare dicitur, & vix
se credere oculis mortalium; ita atatum certis interval-
lis Dei optimi parentis summo beneficio, viri quidam
heroicis virtutibus excellentes, humani generis com-
modo exoriri, & tanquam Phœnices rari apparere so-
lent; qui vel Ecclesiæ præclarè consulant, vel Remp.
cum laude, & multorum insigni utilitate, feliciter, &
tranquille gubernent. In his ego Meinvercum nume-
rare non verear, ornatissimum cum alijs virtutum in-
signibus Paderbornensis Ecclesiæ Pontificem; tum hoc
supra ceteros omnes, qui multis retro annis eum ante-
cesserunt eximium, quod civitatem, & sedem, quam,
tempo existero, nactus erat inopem, & afflictam, sic opi-
bus ac operibus ornarit, ut quod de quodam dicitur, ex
lateritia fecerit marmoream, id est ex lutea, & rude-
ribus immersa, cultam & splendidam. Sed Clerum,
quem censu mediocrem, & exemplis ac disciplina pro-
pæmodum nactus erat orbem, idem quoque locupleta-

A 3

vii

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

